

16. Totus orbis stupuit super isto viro,
Qui amore languit dei modo miro.
17. Dotibus innititur anime beate,
Vi(su dei) fruitur in eternitate.
18. resurgendi hora,
(Corpus) eius prodiet ut surgens aurora.
19. Mundus nimis perdidit in imperatore,
Flos terrarum cecidit plenus celi rore.
20. Nunquam regi placuit timidus pigmeus,
Et sibi displicuit Doeck Ydumeus.
21. Rex cum delatoribus nemini invidit,
Nec cum scorpionibus populum cecidit,
Nec cum (amato)ribus mulierem vidit,
Nec viro iusto scidit.
22. E bus Cusi Aracites,
Non cum subs(ann)antibus (Na)as Ammonites,
Nec cum insolentibus perfidus Tersites,
Set cum sapientibus (Zoroas) Memphites.
23. Non est tutum surgere contra mundi reges,
Qui noverunt condere duris duras leges.
24. Siba Bocri filius David,
Abela quem durius capite privavit.
25. Insurrexit. in a deo datum,
Quem accriter mater civitatum.
26. Set (qui) fecit tedium regi Romanorum,
Missus est per gladium regi tartarorum.

16, 2 *Cant.* 2, 5 18, 2 *Cant.* 6, 9 19, 2 *Is.* 40, 7 20, 2 1. *Reg.*
22, 18 21, 2 3. *Reg.* 12, 11 21, 4 *man ist versucht*, (cum detractoribus)
zu ergänzen, es fehlt dann aber ein Objekt zu scidit (l. iustum?) 22, 1
2. *Reg.* 15, 32; vgl. *Hrab. Maur. zur Stelle* (MIGNE 109, 107 D): Chusai vero
Arachites antiquus amicus David significat credentes ex gentibus; vielleicht
ist also E(rat cum credenti)bus zu ergänzen 22, 2 1. *Reg.* 11, 1 22, 3
Ov. met. XIII, 233; *Ilias lat.* 136 22, 4 *Walter von Chatillon Alex.* III,
141 Memphites Zoroas quo nemo peritior astris 23, 2 vgl. 15, 1 24, 1f.
2. *Reg.* 20, 1ff.; (obsistebat) o. ä. 25, 1 (nequiter) oder (turpiter) 25, 2
(necavit) (vgl. *Anal. Hymn.* 33, n. 254, 15, 3); 2. *Reg.* 20, 19 quaeris subver-
tere civitatem [Abela] et evertere matrem in Israel 26, 2 tartara 'Hölle'